



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Tractatus De Executoribus Vltimarvm Volvntatum duorum
celeberrimorum iurisconsultorum**

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

1. Monachi arcenttur à functione executionis, nisi petita venia superioris.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63406)

tur ab executione.

1. Minor. 25. annis, ineptus est ad executionem testamenti. Et quid ita, ibid. & nu. 4.

Quemadmodum & alij ad alia munera non sunt idonei: ita nec ad ultimas voluntates passim omnes possunt designari executores.

Primò, monachi arcentur ab ista functione: nisi impetrata superioris licentia. c. si in prin. de testa. lib. 6. Quod si permissu tali susceperunt prouinciam exequendi, tum scire debent, nullo se priuilegio eximi, quo minus de fraude & culpa, ad instar aliorum, conueniri possint. cle. 1. de testamen.

2. Secundo, pupillos, furiosos, mente captos, & similes non admitti, clarum est. l. sed & si in seruum. ff. de recep. arbi.

3. Tertio, quid de minore. 25. maiore tamen. 17 annis, admittitur ne ad executionem? Sunt qui hoc thema variò disputant. Mihi videtur, vix vllum tantæ futurum vesaniæ, vt executionem vltimæ voluntatis adolescenti comittat: cuius viam non magis intelligi Salomon-

4. dicit, quam auis volantis in aëre. Si tamen sic eueniat, verior est sententia illorum, qui dicunt, eum non admitti. Quod & spec. tandem adserit